1146
144

Eximio atq; Literatiſſimo

DN. HENRICO DÖDINGIO,

Phil. & SS. Theol. Cultori ſtrenuo,

de

ANGELIS

Diſputaturo

FELICITER

acclamat

M. Johannes Chriſtophorus Hundeshagen/

Logic. & Metaphyſ. P. P.

*
* *

Mentes cœlicolas ſcrutaris mente favente,
Quod quoque ad angelicos te feret usque choros.

Disquirunt multi multo molimine multa,
Aſt & Spiritum eſt utile nôſſe ſtatum.

Benevol. teſtandæ ſcrib.

M. Johannes Crauſius, Fac. Phil. Adjunctus.

Hem! quidni laudes Tibi pro ſudore, *Dödinge*,
Exſurgant tanto? quidni TE chara Parentum
Tellus extollat ſtudiis mox digna datura
Præmia? Promittunt *Muſæ*, promittit honorem
Patria, conclamant mecum, nunc Spiritus almus
Sit præſtò cæptis, ut, quam dat lingua loquelam,
In laudem cedat, cujus moderamen in altis.

Hiſce paucis erga Popularem & Amicum ſuum dilectiſſimum affectum benevolum teſtari voluit, debuit

M. Johannes Hülſemann.

DUm Sophiæ ex penitâ nunc naturalis abyſſo
NATURAM ANGELICAM mente ſagace doces,
Ritè facis fateor, ſed curſu inſiſtere perge,
Sic DÖDINGE tibi laus manet atque decus.

Sic

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn334917360/81
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG